



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Hosandri Herodiana tyrannis in infantes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

aduersum. Sed cur hanc Tragoëdiam excitat Bucer, cum fateatur suos non contradicturos?

Etsi fateatur hunc articulum conciliatum, tamen non quiescit homo pacis impatiēs, & dicit catholicos verba Lutheri eo rapuisse, ac si hoc peccatum vitiā naturae esset iusmodi, quod æternę damnationi faceret obnoxium: hoc aut negat de mente fuisse Lutheri & suorum. Cuperem scire, an in gregem suum adscisceret illum indoctum Baccalaureum Nurmbergeñ. Hosandrum iniurijs & conuictis in catholicos bacchantem. Is autem dicit hoc esse capitale, abominabile & damnabile peccatum. At forte relinquit Hosandrum Bucerum, sicut nec Melanchthon pro eo voluit rationē reddere Vuormaciæ. Hinc ægre tulit Melanchthon,

Hosander  
infantes  
grauat cas  
pitali pec  
cato.

quod toties capitalis peccati meminisse, dicens peccatum regnans dici capitale, quod non sit in renatis peccatis. Et tamen hoc posuit Hosander in infami libro suo contra Eckium. Relicto Hosandro in sordibus, suscipiamus Lutherum, quem nominatim excusare nititur, q̄ excusare eum non possit. Nam antea hoc tentauit Melanchthon, sed int̄ liciter, qui super eo sic scriptit in Apologia. Hic aduersarij flagellant Lutherum, q̄ scriperit peccatum originis manere post baptismum. Manifesta calunnia. Semper ita scriptit,

quod baptismus tollat reatu peccati originalis, etiamsi materiae (vt isti vocant) peccati semper maneat. At alias ostendit illos non v̄los calunnia, & Lutherum inexcusabilem. Luder ins  
excusabili.  
Id quod Reueren. cardinali Egidio Viterbieñ. Jobici corā lis.  
Eckij obie felicis recordationis Leone X. & toto cōetu cardinalium,  
atio corā in doctissimorum viroꝝ præsentia. Sic enim scriptit in re  
Papa & solutionibus conclusionum suarum: Error est, quod pecca  
cardinali  
bus.  
tum, quo ad formale tollatur: formale autem appellant pri  
uationem gratiæ, materiale aut̄ ipsum somitem. Reatus au  
tem tantum tollitur, formale autem tantum manet, quan  
tum materiale. Quis hic non videt Luderij apertam senten  
tiam,

tiam, peccatum manere in baptisato, quo ad formale, & quo ad materiale. Ideo alibi scripsit, peccatum originale etiam manere post baptismum: Immo alicubi improbat sophistas, quia cogitauerunt peccatum originale post baptismum non esse peccatum in primam tabulam. Sed pudet Lutherus agnitus etiam errorem reuocare, quia ex superbia nolunt videri vici.

Aduerte iam Bucer errata Lutheri, quam ista congruat cum ipsis, quae hic scribis & Melanchthon in Apologia. Expendite quam minime conueniant cum formula concordiae Vuormaciæ à vobis recepta, quam hic in gratiam lectoris subscribere volui.

Fatemur vñanimi sententia, omnes ab Adam propagatos secundum communem legem nasci cum peccato originali, & ita in ira dei. Est autem peccatum originale careitia iustitiae originalis debitæ inesse cū concupiscentia. Consentimus etiam in baptismo reatus peccati originalis remitti cum omnibus peccatis, per meritum passionis Christi. Mane autem, non solum apostolicis scripturis, sed ipsa experientia docti consentimus, concupiscentiam, vitium naturæ, infirmitatem, morbum &c. de quodquidem morbo in renatis inter nos conuenit, quod maneat materiale peccati originis, formaliter per baptismum sublato. Materiale autem vocamus peccatum, quod sit ex peccato, quod ad peccatum inclinet, quod repugnet legi dei, quemadmodum & Paulus appellat. Ad eandem etiam rationem in scholis compendio dicitur: Mane in baptisato originis peccati materiale, formale vero, quod reatus est, auferri. Concordia ista facta est in præsentia reverendissimi episcopi Attrebaten, & illustris domini à Grauella secretarij Cæsar, Gerardi, & Cancellarij Saxoniæ. Ex his clarum est catholicos non fecisse iniuriam Luthero aut Hosandro. Nolo refricare, quæ Bucer cum suis fratribus Zwinglio & Oecolampadio sensit olim: Originale peccatum

Nova hæ.  
refis Lu-  
theri.

Concor-  
dia Vuors-  
maciæ.

Concu-  
piscentia  
cur pecca-  
tum.

Hæresis  
olim Buce-  
ri.

I propositus